

Franckesche Stiftungen zu Halle

Hugonis Grotii De Jure Belli ac Pacis Libri Tres

Grotius, Hugo

Jenae, 1680

CAPUT XIIX.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-188571](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-188571)

partim quod non tulissent opem alterutris, partim invidia, quod haecenus fuissent incolomes, testatur *Thucyd. L. 3. Jung. R. Imp. zu Regensburg. Ann. 1641. §. 86. Rubr. Neutralität. Verb. und demnach.* Interim rei frequentior abusus totalem usum non tollit; inde quoque multos alios Principes feliciores Neutralitatis fructus subinde expertos legimus.

CAPUT XIX.

De his, quæ in bello publico privatim fiunt.

I. An privatim hosti nocere liceat expositum cum distinctione juris naturalis, Gentium & civilis.

II. His qui suo sumtu militant, aut naves instruunt, quid per internam iustitiam liceat respectu hostium.

III. Quid respectu suæ civitatis:

IV. Quid Christianæ dilectionis regula ab ipsis exigat.

V. Quomodo bellum privatum cum publico miscatur.

VI. Ad quod teneatur, qui sine mandato hostibus nocuit, cum distinctione explicatur.

L. 3. c. 6. §. 10. seqq.

I. i.

QUæ diximus haecenus, pleraque ad eos pertinent, qui aut summum in bello arbitrium habent, aut publica imperia exequentur. Videndum etiam, quid privatim in bello liceat, quæ natura, quæ divino, quæ gentium jure. Narrat officiorum primo Cicero, in Pompeii imperatoris exercitu militasse Catonis Censorii filium, sed mox dimissam legionem, in qua is militabat, Catonem scripsisse ad Pompeium, ut, si eum vellet remanere in exercitu, secundo eum sacramento militiæ obligaret, addita causa, quia, priore amisso, jure cum hostibus pugnare non poterat. Addit & ipsa Catonis ad filium verba ex epistola, quibus eum monet, ut caveat, ne prælium ineat: neque enim jus esse, qui miles non sit, pugnare cum hoste. Sic & Chrysantam Cyri militem laudatum legimus, qui hosti imminens repressit enses, simul ac receptui canere audierat. & Seneca: inutilis miles dicitur, qui signum receptui datum negligit.

Ayal. de Jur. Bell. lib. 3. c. 5. m. 1.

Plut. Q. est. Rom. 39. & Marcello. De Ira c. 9.

- Sic & Chrysantam) Vide Xenophontem Cyri Institutione. Ayalam lib. 3. lib. 3. c. 10. n. 6. c. 10. n. 6.

2. Sed falluntur, qui venire hoc putant ex jure gentium externo: nam id si species, sicut rem hostilem cuilibet occupare licet, ut supra ostendimus, ita & hostem occidere: nam illo jure hostes pro nullis habentur. Venerit ergo, quod Cato monebat, ex disciplina militari Romana, cujus ea lex erat, Modestino notante, ut, qui mandata non servasset, capite puniretur, etiam si res bene cessidet: mandata autem non servasse intelligebatur etiam, qui extra ordinem sine ducis imperio in hostem pugnasset, ut Manliana (a) imperia nos docent: nimirum quia si id temere liceat, aut stationes (b) deferretur,

† Lib. III. c. 6.

L. 3. Deserto. rem. §. 15. D. de Re milit.

Liv. Lib. VII.

(a) Not. ad L.

i. c. 3. §. 11. n. 2.

(b) h. L. i. c. 4.

§. 13. n. 2.

Ccccc renerur,

oly. militis inveni-
ant non facit hostem
quia hostis pro no-
lo habetur et ex
tunc hoc genus
pellat in miles in
republica et gerant.
Iaco quidam, cum hosti imminens audito receptus signo ictum re-
pressisset, causam reddidit: ὅτι βέλτονος τὸ πονδύριον τὸ πείραγμα τὸ ἀγ-
χοντι: quia prefectis parere satius est, quam hostem occidere. Et Plutarchus,
cur, qui militia solutus est, occidere hostem non possit, causam reddit, quod
legibus militaribus non teneatur, quibus teneri debeant pugnaturi. Et apud
Arrianum Epictetus memoratum modo Chrysanta factum referens: ὅτι
περὶ πρῶτον ἐδοξεν αὐτῷ τὸ τὸ στρατὸν ἀποστρέφειν, ἢ τὸ ἰδίον ποιεῖν: tanto
illi potius videbatur ducis, quam suam voluntatem, exequi.

Inconsultis praeliis implicaretur) ita Avidius Cassius causam sententiae
suae reddebat: Evenire potuisse, ut essent insidiae, narrat Volcatius.

†††

Stationes deferrentur) Vid. Layman. Theol. Moral. l. 2. tr. 3. cap. 12. n. 18. pag.
227. & ea, quae diximus ad l. 1. c. 4. §. 7. num. 2. pag. 137.

3. At ius naturae & internum si respicimus, videtur in bello iusto cuilibet
concessum ea facere, quae parti innocenti intra iustum bellandi modum pro-
futura confidit: non etiam res captas suas facere, quia nihil ipsi debetur: nisi
forte penam iustam exigit communi hominum iure. Quod postremum,
quomodo per Evangelii legem restrictum sit, ex his, quae supra à nobis tracta-
ta sunt, intelligi potest.

4. Mandatum autem esse potest aut generale, aut speciale. Generale, ut
in tumultu apud Romanos Consul dicebat: qui Rempublicam salvam volunt,
me sequantur. Imo & singulis interdum subditorum ius datur occidendi,
etiam extra sui tutelam, ubi id publice expedit.

II. 1. Speciale mandatum habere possunt non hi tantum, qui stipendia
percipiunt, sed & qui suo sumtu militent, & qui, quod plus est, suo sumtu par-
tem belli administrant, ut qui naves instruunt ac sustentant suis impendiis,
quibus vice mercedis concedi solet, ut capta sua faciant, sicut et alibi dixi-
mus. Id vero, quatenus procedat illa iustitia interna & caritate, non im-
merito quaeritur.

2. Iustitia aut hostem respicit, aut ipsam civitatem, cum qua contrahi-
tur. Hosti diximus eripi posse possessionem rerum omnium, quae bellum ale-
re possunt, securitatis causa, sed hoc sub onere reddendi: ipsum vero domi-
nium ad compensationem usque eius, quod aut ab initio belli, aut ex post
facto civitati iustum bellum gerenti debetur: si res sint civitatis hostilis,
si singulorum, etiam per se innocentium: bona vero nocentium etiam
ex poena causa adimi & acquiri capientibus posse. Fient ergo res hostiles
eorum,

Lib. II. c. 20.
§. 3. n. l. §. 10.
n. 1. 6. 7. Serv.
ad VIII. Aen-
cid.

† 2. 3. c. 3. §. 9
† 1. 3. c. 7. §. 1.
C. quando li-
ceat unicuique
L. 1. & 2.

† L. III. c. 6.
§. 2. 4. 5.

† 1. 3. c. 13.
§. 1. & 1. 1. n.

† 1. 3. c. 13.
§. 1. & 1. 1. n.

† 1. 3. c. 13.
§. 1. & 1. 1. n.

† 1. 3. c. 13.
§. 1. & 1. 1. n.

§. i. x. 4 (a) Cui simile expansio Vexilli Muhammedis.
apud Turcos quod etiam fecerunt sequi unde non
expeditur in illi in extrema necessitate. Et in
quo Polonia libera universales quibus praeclar
universa nobilitas nobilitas excedit ea bellum.
porro, similis est illa Polos apud Polonos
sed a nobilitate tantum audita, quo unum
nobilitas ad conjungendum pro Americanis liter-
tatis per universales felicitas servatibus et
tunc, sed non probant, quia hoc contra p-
tam audita exemplum habent. ad 1554. sub
signatur. i.

§ 4. (a) tangitur hic quæstio de dignitate et
curia § 2. 3. c. 6. § 12. n. 2. quæ non præ-
cipit quoniam sunt quæstio et temporaria
hæc § 9. causa etiam est bona illa raro ad ter-
minum remanet benedictio dicitur ad non po-
tuit accedere quoniam sunt quæstio et ali-
ena calamitate

eorum, qui belli partem suo sumtu administrant. quod hostes attinet hæc, nus, ut is, quem expressi, modus non excedatur, quod æquo arbitrato æstimandum est.

III. Adversus suam autem civitatem iustum iustitiâ internâ id ipsum, erit, si contractui æqualitas insit, hoc est, si sumtus & pericula tanti sunt, quanti præda alca: nam si hæc spes multo plus valeat, reddendum erit civitati, quod supererit, perinde ac si quis nimium vili pretio iactum incertum quidem, sed tamen facilem & magnâ spei, emisset.

IV. Ceterum, etiam cum iustitia stricte dicta non læditur, est, ut peccetur adversus id officium, quod in aliis diligendis consistit, præsertim quæle, Christiana lex præscribit, ut si appareat, talem prædationem præcipue nocituram non hostium universitati, aut regi, aut his, qui per se fontes sunt, sed innocentibus; & quidem adeo, ut eos detrusura sit in summâ calamitates, in quas etiam eos, qui privatim nobis debent, conjicere immisericordiæ foret. Quod si ad hæc accedat, ut ea depredatio neque ad finem bello imponendum, neque ad hostium publicas vires accidendas notabile aliquod momentum habeat, tum vero probo homine, præsertim Christiano, indignus censeretur debet * quæstus ex sola temporum infelicitate.

Syl. in verbo
bellum, n. 8.
vers. 5.

Quæstus ex sola temporum infelicitate) Nam & Crassum hoc nomine culpât Plutarchus: τὰ πλείστα τῶν ἐκ πυρὸς συνήγαγε καὶ πόλεμος, ταῖς κοιναῖς αἰτιῇς ποσὸν τῇ μεγίστῃ χερσαὶ ὑπάρχει, Pleraque horum ex igne belloque rapuit, nihil magis lucro habens, quam communes calamitates.

V. Evenit autem interdum, ut occasione belli publici nascatur bellum, privatum, puta si quis in hostes inciderit, & vitæ aut rerum adeat periculum, quo eventu ea erunt observanda, quæ de concessio tuendi se modo alibi diximus. Solet & conjungi auctoritas publica cum privata utilitate: ut si quis magno ab hostibus damno affectus impetret ius ex rebus hostium damna sarcienti: quod ius definiendum est ex iis, quæ de pignorationibus supra à nobis sunt tradita.

Lib. II. c. 1.

VI. At si quis miles, aut alius etiam, in bello iusto ædificia hostium, incendit, agros vastaverit, atque id genus dederit damna, non iustum, adde cum neque necessitas subesset, neque iusta causa, teneri eum ad sarcienda damna recte à Theologis est proditum. Merito autem addidi, quod ab illis omisum est, si iusta causa non subsit. nam ea si adsit, tenebitur forte suæ civitati, cujus leges transgressus est; non item hosti, cui nullam fecit injuriam. Non dissimile est, quod Carthaginienensis quidam Romanis, Annibalem dedi postulantibus, respondebat †: Non, privato publicoque consilio Saguntum oppugnatum sit, querendum censeo: sed utrum jure an injuria, nostra enim hæc quæstio atque animadversio in civem nostrum est, nostro an suo fecerit arbitrio: vobiscum una disceptatio est, liceretne per fœdus fieri.

Lib. III. c. 2.
Syl. in verbo
Saguntum, n. 6.
c. 17. §. 2. n. 6.

Syl. in verbo
bellum, p. 1.

† ap. Liv. lib.
XXI. c. XIII.

Ccccc 2

Tene-

†††

Teneri eum ad faciendam damna) *Consentit Molin. de J. & J. tract. 2. diff. 101. n. 2. & 3. pag. 414.* hoc pacto distingvens: Ut verò, innuit ille, intelligatur, quando ex eo capite confurgat obligatio restituendi hostibus damnum, quod sine legitima autoritate datum sit, & quando non, attendendum est ad finem denegationis autoritatis. Namque si finis sit, ne hostibus nocumentum inferatur, aut non nisi usque ad certos limites, quia id postulat æquitas, aut iustitia belli, vel pietas Christiana, præsertim quando bellum cum Christianis geritur: tunc sanè quicquid damni sine legitima autoritate datum fuerit, hostibus ipsis est restituendum. Exemplum habemus in exercitu, quem sub Albano Duce Anno 1580. Philippus Hispaniarum Rex, misit in Lusitaniam. Quod si verò finis, ob quem autoritas denegatur, non est, ne damnum hostibus inferatur, sed solum est, ut disciplina militaris servetur, & ne, dum imprudenter quis aliquid aggreditur, vel ipse, vel exercitus damnum recipiat, aut ne, dum aliqui prædas in hostes exercere volunt, illis assuefacti piratæ adversus suos evadant, aut alia simili de causa, tunc sanè damnum, quod hostibus datum fuerit, nequaquam est illis restituendum.

CAPUT XIX.

De fide inter hostes.

- | | |
|---|---|
| <p><i>I. Fidem deberi hostibus quibuscumque.</i>
 <i>II. Refellitur sententia, quæ prædonibus & tyrannis fidem servandam negat.</i>
 <i>III. Solvitur argumentum sumtum ex eo, quod tales pœnam merentur; & ostenditur hoc non considerari ubi tanquam cum tali actum est.</i>
 <i>IV. Non ob stare, quod promissio metu extorta sit, si ei qui promissit metus illatus non sit:</i>
 <i>V. Aut si juramentum accesserit, quamquam id adversus prædonem impune, quod homines attinet violatur.</i>
 <i>VI. Eadem aptata ad subditos bellantes.</i>
 <i>VII. Specialis difficultas circa promissa subditis facta ob supereminens dominium tractatur:</i>
 <i>VIII. Et ostenditur talia promissa fir-</i></p> | <p><i>mari civitatis jurejurando:</i>
 <i>IX. Aut si tertius se interponat cui fiat promissio.</i>
 <i>X. Mutatio status publici quomodo fiat.</i>
 <i>XI. Metus exceptionem ad bellum solenne juris gentium non pertinere:</i>
 <i>XII. Quod intelligendum de metu tali, quem jus Gentium agnoscat.</i>
 <i>XIII. Servandam fidem & perfidiam:</i>
 <i>XIV. Non si conditio deficiat: quod locum habere si alter parti paßorum non stet.</i>
 <i>XV. Nec si justa compensatio opponatur:</i>
 <i>XVI. Quamvis ex alio contractu:</i>
 <i>XVII. Aut damno dato.</i>
 <i>XVIII. Imo & ex pœna:</i>
 <i>XIX. Quomodo hæc in bello locum habent.</i></p> |
|---|---|

I. I.

*Q*uid quantumque in bello liceat, diximus partim inde spectari, partim ex promissa antecedente. Parte priore absoluta restat posterior, quæ est de fide hostium inter se. Egregium est consulis Romani Sillii Italici dictum:

Optimus ille

*Militia, cui postremum primumq; tueri*** Inter bella fidem.*

Xeno.